

primo paullo magis quam duplo longiore, subtilissime pallido-pubescente, setis rigidis nigris destituto, tertio secundo circiter $\frac{2}{5}$ brevior, quarto tertio paullo minus quam $\frac{1}{3}$ brevior. Pronotum formae brachypt. (σ^7) basi longitudini aequae lata et apice parum latiore, lateribus leviter rotundatis, disco leviter convexo, ante medium punctis duobus impressis, medio levissime apice fortius subtiliter coriaceo, limbo basali transversim strigoso. Mesonotum laeve, scutello strigoso. Hemielytra formae brachypt. commissura mesonoto usque ad scutellum aequae longa, apice sat late nivea. Pectus et abdomen nigra, nitida; abdomen basin versus sensim modice constrictum. Pedes ut superne describitur colorati, femoribus posticis (σ^7) longis, modice incrassatis, margine antico setis nonnullis rigidis; tibiis spinulis nigris modice longis.

13. *Dicyphus melanocerus* Reut.

Diagn.: Pallide cervinus, superne longe et sat tenuiter pallide griseo-pubescentibus, pilis in certa directione fuscis; capite, callis pronoti basique scutelli dilute flavo-ochraceis; capite a tergo viso distincte transverso, pone oculos modice constricto, clypeo, vittis duabus frontis retrorsum convergentibus et cum macula media verticis conjunctis nec non parte postoculari utrinque nigris; rostro apicem coxarum intermediarum attingente; scutello vitta media basi latiore nigro-fusca; hemielytris totis unicoloribus; antennis pedibusque dimidio corpore (hemielytris exceptis) longitudine subaequalibus, totis nigris, articulo primo capite a tergo viso cum clypeo fere duplo et margine basali capitae circiter $\frac{1}{3}$ brevior, secundo versus apicem sensim leviter incrassato, pronoto paullo longiore, tertio secundo vix magis quam $\frac{1}{5}$, quarto tertio circiter duplo brevior; pedibus longiusculis, femoribus seriatim nigro-punctatis, tibiis unicoloribus, spinulis nigris breviusculis, tibiis posticis latitudine capitae (cum oculis) circiter triplo longioribus; pronoto